



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

128. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit absolvere à suspensione
incurta propter ordinationem ante legitimam ætatem? Et an hoc possit
fieri, sive in Sacramento, sive extra illud; sive ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. CXXVI.

An Bulla Cruciatu suspendat privilegia Regularium commutandi Vota & in eis dispensandi, & absolventi a reſervatis?
Et an per Iubilium anni Sancti dicta privilegia non ſuſpendantur? Ex pa tract. 11. Refol. 100.

Sup. hoc in Ref. ſeq.

§. 1. Affirmativam ſententiam aliqui docent, & fundantur in verbis Bullæ, ubi: *Exceptis tamen conceſſis Ordinum Mendicantium Superioribus, quoad eorum Fratres tantum.* Et ita docent Nauar. lib. 5. conſ. 1. c. n. 1. de priuil. Lopez p. 2. vbi de clauibus, c. 2. Rodriquez ſuper Bull. §. 12. & nouiſſimè Acoſta etiam ſuper Bull. q. 109.

2. Sed contrariam ſententiam, quæ in praxi hodie obſeruatur, proſus amplectendam eſſe puto: & illam docet Ledefma in ſum. tom. 1. tract. de Sacr. Pæn. cap. 15. fol. mibi. 99. Ioan. de la Cruz, de ſar. relig. lib. 2. c. 3. dub. 7. conſ. 3. Graff. in Appen. ad deciſ. lib. 1. c. 7. §. 9. n. 63. Henric. 16. c. 16. n. 7. & 17. c. 18. num. 7. & Sanch. in ſum. tom. 1. l. 4. c. 54. n. 62. qui citat Rodriq. mutantem ſententiam. Et ratio eſt: quia, cum hæc omnia ſint fauorabilia, non ſpeciali Monafterio conceſſa, ſed toti Religioni, & ordinantur in bonum commune fidelium, non ſuſpendantur per verba generalia, ſi de illis ſpecifica mentio non efficiatur. Et hoc videtur aperte docere Ledefma l. 2. c. 12. dub. 12. n. 60.

3. Quod ita verum eſt; neque per Iubileum anni Sancti dicta privilegia ſuſpendi exiſtimo. Et ita docet Sanchez ubi ſuper, cum Henric. l. 7. c. 28. numero 7. & c. 3. in 3. in Gloſſ. lit. S. quem poſtea citat, & ſequitur Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 27. clauſ. 12. n. 21. vbi ſic ait: [El Padre Henriquez dize, que no ſe derogan los privilegios de los Regulares en el anno del Iubileo, aunque ſea certifiſſimo, y que aſi lo declara la coſtumbre. Eſta ſentencia me parece muy probable, y que ſe puede ſeguir en practica.] Ita ille, & poſt illum Bartholomæus à Sancto Fausto in theſaur. relig. l. 1. quaſt. ... num. ... quidquid in contrarium aſſerat Emmanuel Rodriquez in Bull. §. 2. in addit. dub. 6. vbi mordicus contrarium docet: ſed tu tene primam ſententiam.

RESOL. CXXVII.

An Bulla Cruciatu ſuspendat privilegia Mendicantium, et non poſſint commutare, & diſpenſare Vota, & abſolvere a reſervatis? Ex p. 3. tr. addit. Ref. 23.

Quæ hic eſt Ref. antecedens.

§. 1. Negativam ſententiam cum multis Doctorebus ſequutus ſum in 1. part. tr. 11. 4. refol. 100. Sed aduerſus hanc opinionem inſurgit Egidius Trullench. in Bull. Cruc. l. 1. q. 9. c. 3. dub. 1. num. 8. vbi ſic ait, Tenenda eſt ſententia aſſertans, nimirum talia privilegia quoad ſaculares eſſe per Bullam ſuſpenſa, quod tanquam certum ſupponit Lopez c. 10. de Bulla, pag. 185. col. 2. Probatur & ſimul deſtruitur fundamentum contrariæ ſententia, quia Bulla Cruciatu expreſſe ſuſpendit privilegia, facultates, &c. conceſſa, non ſolum ſingularibus perſonis, ſed etiam Eccleſiis quibuscunque & Monafteriis ac locis piis. Patet ex facultate ſuſpendendi, quam Pontifex in Bulla Latina conceſſit Commiſſario illis verbis. Item prædicto Commiſſario datur facultas, ut ſuſpendere poſſit ſimiles, aut diſtinctes indulgentias, & facultates, &c. quibusvis Eccleſiis, Monafteriis, Hoſpitalibus, piis locis, Vniuerſitatibus, Confraternitatibus & ſingularibus perſonis in Regnis, Inſulis, terris, locis & dominiis præſatis conceſſas. Et in Bulla Hiſpana [Y nos el dicho Commiſſario ſuſpendemos todos y qualesquier indulgentias

concedidas a todos y qualesquier ygleſias y monafterios, &c. y ſeglares perſonas.] Quæ ſufficit authoritate Commiſſarii generalis ſuſpendit omnes indulgentias & facultates quibusvis Eccleſiis Hoſpitalibus, & locis piis, Vniuerſitatibus, Confraternitatibus, & ſingularibus perſonis conceſſas. Ergo conſtat evidenter non ſolum ſuſpendi per Bullam privilegia perſonalia particularibus, ſed etiam privilegia realia Eccleſiis, Monafteriis, & aliis piis locis conceſſa. Sed ex iis privilegiis qua per Bullam conceduntur, tantum excipiuntur conceſſa Superioribus Mendicantium, quoad eorum fratres, ergo quoad ſaculares omnino ſuſpenſa remanebunt, nam particula tantum expreſſe limitat illam exceptionem ſolum extendi ad fratres, & minime ad ſaculares. Nec valet ſi dicas in Bulla ſuſpendi quidem privilegia conceſſa Monafteriis, non quidem Religioſis. Non, inquam, valet, primò, quia va docet Sylveſt. Religio 8. n. 1. Monafterium ſignificat ipſos Religioſos. Præter ſiſpenſis privilegiis conceſſis Monafteriis, ſuſpenduntur privilegia conceſſa ſingularibus perſonis eorum. Secundò, quia Bulla expreſſe ſuſpendit privilegia etiam particularibus perſonis conceſſa, ergo etiamſi Regularium privilegia ipſis Monafteriis, vel potius ipſis particularibus perſonis ſint conceſſa per Bullam ſuſpenduntur; quare ſententiam Rodriquez non audeam admittere in praxi: alius enim quaſi actum eſſet de Bulla, & nihil prodeſſet illa verba addita à Papa, quoad eorum fratres tantum. Sic ille. Verùm his non obſtantibus non eſt recedendum à negativa ſententia quam in dictis reſol. docuimus & præter DD. quos ibi citavi, tenet hanc opinionem Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 27. clauſ. 12. n. 6. & 7. vbi ſic ait: [No ſuſpende la Bula ſi no es privilegios perſonales que ſe conceden a las perſonas, ſed quales ſe da facultad inmediatamente, para que gozen de las ganancias concedidas à Confradías, Monafterios, Hoſpitales, y otros piadoſos lugares, que no los gozan ſino tienen la Bula, y con ella los pueden gozar, y no ha menester marcarla el Hoſpital, ſino las perſonas que han de gozar del privilegio. Mas no ſuſpende la Bula los privilegios reales concedidos à las Religiones, que para ello era neceſſario declararlo, expreſſamente como dize Henriquez, el qual dize que fueron deſte parecer muchos doctores conſultados en Salamanca el año de 76. Gallo, Medina Bannez, el Padr. F. Gaſpar de Vezday el P. Alcocer, y Nauarro.] Sic ille.

RESOL. CXXVIII.

An Confeſſarius per Bullam Cruciatu poſſit abſolvere à ſuſpenſione incurſa propter ordinationem ante legitimam aetatem?

Et an hoc poſſit fieri ſive in Sacramento, ſive extra illud, ſive ſuſpenſio ſit à iure, ſive ab homine, ſive pœnalis, ſive nominatim, ſive ex delicto publico, ſive ex occulto. Idem dicendum eſt de habentibus privilegium. Et notatur inuitum, vel abſentem poſſe abſolui à ſuſpenſione.

Et an ſuſpenſio lata à Pio II. extendatur ad Episcopos ordinatos ante aetatem? Ex part. 5. tr. 1. c. Ref. 33.

§. 1. Suppono quòd poſſet Confeſſarius virtute Bullæ electus abſolvere ab omni ſuſpenſione, ſive à iure, ſive ab homine, & ab omni alia in ſupradicta diuiſione poſita, toties quoties, ſi non eſt reſervata, ſi autem eſt reſervata, ſemel in vita, & iterum in articulo mortis, excepta tamen ea ſuſpenſione, quæ incurritur ob receptionem Ordinum ante legitimam ætatem, de qua ſtatim Ratio eſt; quia, ut manifeſte conſtat, Bulla conceſſit facultatem abſolventi ab omni cenſura: at ſuſpenſiones ſupradictæ ſunt cenſuræ, ut tenet communis Doctorem, ergo poſſunt abſolui virtute Bullæ, quod procedit etiam ſi ſuſpenſio procedat

ex delicto publico, vt bene Henric. lib. 7. de indulg. cap. 17. n. 3. quia Bulla non limitat ad delictum occultum, in quo Bullæ facultas, tum etiam & Commissarij, excedit eam quam habet Episcopus per Trident. sess. 14. cap. 6. de reform. quia ibi limitatur facultas Episcopis ad suspensiones, quæ ex delicto occulto proueniunt. Hoc supposito dico, quod circa propositum dubium negativè respondet Rodriguez in addit. ad Bull. Cruc. cap. 13. n. 59. quia id non potest commissarius, cuius potestas maior est ea, quam habet Confessarius per Bullam; ergo.

2. Sed ego affirmatiuè sententiæ adhaereo, quam tenet Medina in instruct. lib. 1. cap. 11. §. 8. Henric. lib. 7. cap. 3. numero 3. in gloss. lit. V. Auila de cens. part. 3. cap. 6. dub. 2. & Trullench. in Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 16. numero 3. & ratio est, quia Bulla absolute & simpliciter concedit facultatem absoluedi ab omni censura, & ex alia parte nec explicite, nec implicite excipit dictam suspensionem, ergo cum illa suspensio sit censura, comprehenditur in generali illa facultate absoluedi ab omni censura. Vnde suspensus ob malam promotionem ad Ordinem ante legitimam ætatem, poterit virtute Bullæ absolui, non tamen in Ordine ministrare ante ætatis complementum, quia absolutio suspensionis, non verò ætatis impedimentum tollere potest. Et ita hanc sententiã tenent Doctores citatos tenet etiam Cornejo in 3. part. tract. 1. de suspens. disput. 4. cas. 3. Dicendum est, quod virtute Cruciatæ possit Confessarius absoluerè ab omni suspensione, siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue siue penaliter, siue nominatim, dummodo pars læsa modo possibili sit satisfacta. Ita Trullench loco cit. qui etiam respondet ad argumentum de Commissario, & hanc etiam opinionem tenet præter citatos DD. Auila de cens. part. 3. disp. 6. dub. 2. vbi etiam notat, quod per privilegia concessa Societati Iesv potest quis absolui ab omni suspensione, & per consequens etiam à Confessariis nostræ Religionis. Notat etiam Auila ibid. & rectè, inuitum, vel absentem posse absolui à suspensione.

3. Notandum est tamen hic obiter, suspensionem hanc à Pio II. non extendi ad Episcopos ante ætatem ordinatos, vt patet ex ipsa Bulla præter generalem regulam, qua excluduntur ab his pœnis Episcopis, nisi specialis eorum mentio fiat, ex c. quia periculo sum, quest. 15. c. 12. §. 3. n. 15.

RESOL. CXXIX.

An Confessarius habens facultatem generalem absoluedi a censuris, verbi gratia per Bullam Cruciatam, possit absoluerè a suspensione contracta ob defectum rituli secretionis opinionem aliquorum, vel ob malam Ordinum suspensionem?

Et an hoc possit fieri siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue generaliter, siue nominatim; &c?

Et an Confessarius hoc facere possint non solum virtute Bullæ, sed etiam privilegiorum?

Et an, si supradicti cum dicta suspensione, celebrant, possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursum Bullæ Cruciatæ? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 115.

1. Hæc casus frequenter solet accidere, & negatiuam sententiã docet Henricus lib. 7. cap. 13. numero 3. Rodriguez in summ. tom. 1. cap. 164. numero 3. & in addit. ad Bull. Cruciat. §. 9. numero 59.

Vegha in summ. tom. 2. cap. 15. cas. 8. & in specul. tom. 2. cap. 14. numero 41. & alij. Ratio est, quia Pontifex magna cum difficultate huiusmodi absolutio-nem confert. Secundò hæc facultas non conceditur Commissario; ergo sequitur non concedi Confessario.

2. Verùm, vt ego alibi etiam ostendi, sententiã affirmatiuam probabilissimam & tutam in praxi esse existimo, quam præter Doctores, quos citat Henricus lib. 7. capite 13. numero 3. in glossa lit. Y & Z, tenet etiam Ledesma in summ. tom. 1. de sacram. Ordin. capite 7. dub. 1. Garfias de benefic. tom. 7. part. 2. capite 5. numero 49. Bonacina de sacram. Ordin. disp. 8. questio unica. punct. 1. numero 49. & nouissimè Hurtado tractatu de suspensione difficul. 12. numero 33. & Agidius de Trullench in exposit. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. capite 2. dubio 15. numero 3. vbi cum Auila absolute tenet virtute Bullæ posse ab omni suspensione absolui, quia Bulla absolute & simpliciter concedit facultatem absoluedi ab omni censura, nec implicite excipit dictas suspensiones. Ergo cum tales suspensiones sint censura, comprehenduntur in illa generali facultate absoluedi ab omni censura. Ad argumenta verò contraria responderet; & ad primum dico, Summum Pontificem magna cum difficultate dispensare in vtroque foro, Confessarium verò in casu nostro absoluerè tantum in foro conscientiæ. Ad secundum dico quod ex eo quod facultas hæc non conceditur Commissario, non sequitur non concedi Confessario, nam hæc due facultates distinctæ sunt, & à diuersis non fit illatio. Dicendum est igitur virtute Bullæ Cruciatæ posse Confessarium absoluerè ab omni suspensione, siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue generaliter, siue nominatim, dummodo pars læsa sit modo possibili satisfacta, quæ omnia valde notanda sunt à Confessariis, nam ex hæc opinione ex multis laboribus liberabunt pœnitentes, & omnia supradicta Confessarij Societatis Iesv, nostræque Religionis possunt facere, non solum virtute Bullæ, sed etiam privilegiorum, vt notat Hurtado & Layman tractatu 5. part. 5. capite 4. numero 3. in fine. Sed an supradicti cum dicta suspensione si celebrent possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursum virtute Bullæ Cruciatæ, affirmatiuè respondet Petrus de Cornejo in 4. part. D. Thoma tractatu 5. de censur. disputatio. 6. questio. vltim. & DD. quos citauit in tractatu de Bulla Cruciatæ, resolutio. 27. licet contraria opinio sit communior & probabilior.

RESOL. CXXX.

An per Bullam Cruciatam sit dispensabilis omnia irregularitas, quæ est pœna?

Et doctrina huius questionis est valde notanda, & menti tenenda. Ex parte 1. tractatu 11. Resolutio. 27.

§. 1. Prima sententiã negat: ita Fabrus de Sac. Ordin. dist. 25. quest. 1. disp. 3. num. 55. Homobon. de exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 6. quest. 36. qui citat Caietanum; Nauarrum, Maiolum, Sotum, Vivaldum, & Sayrum. Idem docet Auila de cens. part. 7. disput. 10. dub. 4. concl. 2. qui citat Villadiego, Lopez, & Martinum Ledesma. Hoc etiam docuit Villalob. in sum. tom. 1. tract. 16. dub. 2. numero 2. & tract. 21. dub. 9. numero 23. Acofta in Bull. quest. 48. Anronuc,

Ref. 3. & 4. post mentio a ver. & tandem, & cursum in alius §§. eius non

Sup. hoc in Ref. præterita §. Sed ego ad medium, ver. Dicendum, & sup. lege doct. in.

Ref. 65. & aliarum eius non.

Sup. hoc in §. not. præterita prope finem, & in tom. 4. tr. 3. Ref. 38. §. 1. paulo post initium, à ver. Dico Secundo, &c.

Quæ nunc hanc sequetur. Et in aliis eius primæ not.

IN A
Bnia.
II. IV. V
III